

Petrus de Vinea

*Ep. III 6 (Intellecto nuper,  
quod magister G. de...)*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. III 6 (Intellecto nuper,  
quod magister G. de...)*

1220-1266

Capitaneo, ut permittat iudicem suum redire ad propria.

1. Intellecto nuper, quod magister G. de..., qui tecum moratus est hactenus, ualida nunc infirmitate comprimitur, uolentes nichilominus etati suae, quae iam declinauit in senium, necnon longae morae, quam in partibus Alamanniae dudum traxit, benignius prouidere, sibi ad lares proprios redeundi licentiam prouidimus concedendam; ut saltem natalis soli dulcedine recreatus, in suae salutis commodis intendat habilis, et culmini nostro deuotius obsequatur. 2. Quocirca tibi precipiendo mandamus, quatenus eidem magistro G. licentiam tribuas ad propria libere redeundi.